



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

Luxemburgi, MDCCXLII.

CXXIX. Confirmatio Brevium super divisione Provinciæ Sancti Joannis
Baptistæ; erectionisque Beati Petri de Alcantara Discal. Sancti Francisci
nuncupat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

ANNO
1662.

ALEXANDER SEPTIMUS.

175 ANNO

1662.
Dat. P. A. 8.
die 27. Sept.

tione Decretum tenoris qui sequitur videlicet, Sacra Congregatio &c. inherendo resolutionibus aliis factis in particulari Congregatione pro sublevandis oneribus duodecim Congregationum Monasticarum, prænarratum Decretum à Definitorio Capituli Generalis anno 1649. Veneris editum, & nuper in præterita Dierat innovatum pro satisfaciendis dumtaxat debitibus onerum Cameralium, ac Montiflarum, & censuariorum hujusmodi ad particularia Monasteria si adfint, sin minus ad commune Religionis spectantibus, & non alias virtute præsentium Sanctissimo Domino Nostro annuente approbat, & confirmat, ac ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari, ac ad prædictos usus solummodo applicari mandat, & præcipit sub pena contrafacientibus privationis vocis activæ, & passivæ, prælaturæ, & officiorum, necnon perpetua inhabilitatis ad quæcumque alia obtinenda rehabilitatione eidem Sacra Congregationi reservata Constitutionibus Apostolicis, & ejusdem Ordinis statutis, aliisque quibuscumque in contrarium non obstan. In quorum fidem &c. Datum Romæ die 15. Iulii 1650.

Confirmat
prout in Rub.

¶ 2. Cum autem sicut dilectus filius Joannes Maria Lancius Procurator Generalis dictæ Congregationis Canonicorum Regularium S. Salvatoris Nobis nuper exponi fecit ipse Decretum præsentum pro firmiori, & stabili illius obseruatione Apostolica confirmationi nostræ patrocinio communiti summioperè desideret, Nos ipsum Joannem Mariam Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes. Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliiter porrexis inclinati. De Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio observantiam præserti decreti sub pœnis in eo contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium injungimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Decretum ir-
ritans.

¶ 3. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtainere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari, sive in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraire
derogat.

¶ 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quantum opus sit prædictæ Congregationis. Canonicorum Regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretatis statutis, & consuetudinibus, privilegii quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes illis alias in suo robores permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, certisque contraria quibuscumque.

Tansumptio-
rum fides.

¶ 5. Volumus autem, ut carumdem præsentium litterarum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis eadem profrus fides adhibetur, quæ presentibus ipsis exhibet, vel adhibetur si forent ostensa.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 27. Septemb. 1662. Pontificatus nostri Anno octavo.

Confirmatio Brevium super divisione Provinciae Sancti Joannis Baptiste; erectionisque Beati Petri de Alcantara Discal. Sancti Francisci nunupat.

Vide ad Constat. hujus Pont. 69. Sacrosanctis & ad Constat. 98. Alias nos, in quibus agitur de hac Controversia.

ALEXANDER PAPA VII.

CXXIX.

Edita An. D.
1662.

Ad futuram rei memoriam.

¶ 1. Liás pro parte dilecti filii Petri Roche Commissarii Generalis Curiae Fratrum familie Ultramontanae Ordinis Minorum S. Francisci de Observancia nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod juxta mandatum, & decretum Capituli Generalis dicti Ordinis anno 1658. celebrati ad instantiam Fratrum Provinciae S. Joannis Baptiste ejusdem Ordinis Nobis humiliiter supplicatum fuerat, ut eandem Provinciam in duas dividì concederemus.

¶ 1. Nosque per quasdam nostras in simili forma Brevis literas quarum initium Sacrosancti Apostolatus officium &c. facultatem faciendo divisionem hujusmodi concesseramus, cum erectione novæ Provinciae Ordinis prædicti, sub titulo Beati Petri de Alcantara. Et subinde ad petitionem hujus novæ Provinciae prævia informatione à dilecto filio Ministro Generali d. Ordinis habita per alias nostras etiam in forma Brevis literas, quæ incipiunt. Alias nos Charissimi &c. Ministruum Provincialem, ac Custodem, & Diffinidores novæ Provinciae hujusmodi deputaveramus, ac per ambas literas prædictas novem Conventus assignavimus eidem novæ Provinciae quæ octo Conventuum possessionem adepta fuerat, dicta verò Provincia Sancti Joannis Baptiste Conventuum Murcia, qui præcipius inter dictos novem Conventus erat, retinuerat vigore concordati inter ambas partes facti, sed postmodum cum hujusmodi concordatum prædictis nostris literis prejudicaret dicta nova Provincia Procuratorem ad Romanam Curiam miserat, ad effectum proponendi causam in prædicta Cardinalium Congregatione, quæ utriusque partis rationibus auditis sententiam dederat, ad favorem prædictæ novæ Provinciae, dictumque concordatum nullum declaraverat, ac memoratum Conventum Murcia eidem nova Provincia restituere debere decreverat, verum prædicta Provincia S. Joannis Baptiste executioni Apostolicarum in simili forma Brevis literarum super præmissis emanatarum restituerat; tandem post gravissima scandala non solum in Cittate Murcia, sed etiam in universo Hispaniarum Regno secuta, eundem Conventum Murcia dicta nova Provincia consignaverat, atque ita huic Provincia novem Conventus assignati reperiebantur, in altera verò Provincia S. Joannis Baptiste prædicta viginti septem Conventus remanserant.

¶ 2. Et in eadem expositione subjuncto quod dicta Provincia S. Joannis Baptiste novas literas pro revocandis illis, quæ per ternas nostras in forma Brevis literas stabilita sunt movere prætendebat, id verò occasionem aliarum maximarum perturbationum, & offenditionum præberet, ideoque memoratæ Cardinalium Congregationi supplicato, ut perpetuum super præmissis silentium impone-

ret quo, & scandala Religioni perniciosa cessa-
rent, & fratrum quieti, & tranquillitati consuleretur, emanavit ab eadem Congregatione De-
cretum tenoris qui sequitur videlicet, Sacra Con-
gregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium
negotii, & consultationibus Episcoporum, &
Regularium praeposta, ad quam Sanctissimus Do-
minus noster preces hujusmodi remisit. Cum
sub die 28. Aprilis proximè prateriti, causa ite-
rum partibus auditis, & abundè informantibus
proposita Eminentissimo Franciotto referente, de-
creverit ad Provinciam S. Joannis Baptista spe-
ctare viginti septem Conventus, remanente Con-
ventu Murcie ad Provinciam B. Petri de Alcan-
tara juxta resolutionem jam factam; inhærendo
huius declarationi, aliisque Decretis, & Brevibus
Apostolicis, super hac materia emanatis, ut tandem
differentiis, controversiis, litibus, & dis-
cordiis quibuslibet finis imponatur vigore præ-
sentium stricte præcipit, sub pena eo ipso in-
currendis excommunicationis, privationis pen-
sum, & officiorum, aliisque arbitrio S. C.
infligendis omnibus & singulis, dictarum Pro-
vinciarum, & totius Ordinis Religiosis, tam
Superioribus, quam Subditis, ut juxta præmis-
sa, necnon in reliquis, juxta dispositionem præ-
dictorum decretorum, & Brevium omnino, &
absque ulla tergiversatione, etiam sub prætextu
novi recursum ad hanc Sanctam Sedem parent,
& exequantur, nec direcè, vel indirecè se op-
poner, aut contradicer presumant.

§. 3. Quapropter sub iisdem penas perpetuum
desuper silentium imponit, & impositum esse
declarat appellationibus, prætensionibus, juri-
bus, decretis quoque, ac Brevibus Apostolicis
in contrarium forsitan facientibus, ceterisque non
obstantibus quibuscumque, Roma 15. Septemb.
1662. M. Card. Ginettus.

§. 4. Cum autem sicut prædictus Petrus No-
bis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmo-
di pro firmiori illius subsistentia, & observatio-
ne Apostolicæ confirmationis nostra patrocinio
communiri summoper desideret. Nos ipsum
Petrum specialis favore gratia prosequi volentes,
& a quibusvis excommunicationis, suspensionis,
& interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, cen-
furis, & penas, a jure, vel ab homine quavis occasione,
vel causa lati, si quibus quomodolibet innodatus exi-
stet, ad effectum præsentium dumtaxat con-
sequendum, harum serie absolventes, Supplicio-
bus ejus nomine Nobis super hoc humiliter
porrectis inclinati.

§. 5. Decretum prainsertum auctoritate Apo-
stolica tenore præsentum confirmamus, & ap-
probamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmati-
tis robur adjicimus, salva tamen semper in
præmissis auctoritate prædictæ Congregationis
Cardinalium.

§. 6. Decernentes easdem præsentes litteras sem-
per firmas, validas, & efficaces existere, & fore,
suosque plenarios, & integros effectus fortiri, &
obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore
spectabit plenissime suffragari, & ab illis respe-
ctive inviolabiliter observari; Sicque in præmissis
per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos
etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judi-
cari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si
fecus super his a quoquam quavis auctoritate,
scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac constituti-
tionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon
quatenus opus sit prefatorum Ordinis, & Provin-
ciarum etiam juramento Murcie aliisque quibusvis
etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel
quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & con-
suetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & lit-
teris Apostolicis in contrarium præmissorum quo-
modolibet concessis, confirmatis, & innovatis,

Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præ-
sentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & in-
sertis habentes, illis alias in suo robore permane-
siris, ad præmissorum effectum, hac vice dum-
taxat specialiter, & expresse derogamus, ceteris
que contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub An-
nulo Piscatoris, die 11. Octob. 1662. Pontificatus
Nostri Anno octavo.

Dat. P. An. 1662.
die 11. Oct.

CXXX.

Edita An. D.
1662.

Conceditur Procuratoribus, & Commissariis Ge-
neralibus Curia Ordinis Minorum de Obser-
vantiæ, & Reformatorum S. Francisci Cismont-
tanæ familie Votum perpetuum in propriis
Provinciis.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

R Atio justitiae exigit, ut illi, qui multos pro
Religione labores sustinuerunt, congruis ho-
noribus, & gratiis decorentur.

§. 1. Volentes itaque dilectis filiis Procurato-
ribus, & Curia Commissariis Generalibus Fra-
trum Minorum, tam de Observantiæ, quam Re-
formatorum nuncupatorum Ordinis S. Francisci,
qui rerum usu tractandis, & procurandis in Ro-
mana Curia gravioribus Ordinis hujusmodi ne-
gotiis acquisto pollere noscuntur, & quorum
opera proinde eorum Provinciis plurimum utili-
tatis allataram esse speramus, gratiam facere spe-
cialem, corumque singulares personas a quibus-
vis excommunicationis, suspensionis, & interdi-
cti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, pen-
nis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel
causa lati, si quibus quomodolibet innodatus exi-
stet, ad effectum præsentium dumtaxat con-
sequendum, harum serie absolventes, & absolutas
fore censentes, supplicationibus eorum nomine
Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati,
omnibus, & singulis Procuratoribus, & Commissariis
Curia Generalibus, Fratrum Minorum, tam de
Observantiæ, quam Reformatorum Familia Cismontana,
hujusmodi qui sua respectivæ Officia
triennii continui spatio haec tenus gesserunt, & post
hoc quandocumque pari spatio gesserint, ut de-
positis eisdem Officis, suffragium, five votum
perpetuum consultivum, electivum, & decisivum
in quibusvis Capitulis, & Congregationibus sua
quisque Provinciæ dicti Ordinis habere, & ferre,
illoque uti, frui, & gaudere liberè, & licite pos-
sint, & valeant, auctoritate Apostolica tenore
præsentium concedimus, & indulgemus.

§. 2. Mandantes propere in virtute Sanctæ
obedientia dilectis filiis Ministeris Provincialibus,
& aliis Superioribus, & Fratribus dictarum Pro-
vincialium, ceterisque ad quos spectat, & spectabit
quomodolibet in futurum, ut memoratos
Procuratores, & Commissarios Curia Generales
præsentis gratia commodo, & effectu pacifice frui,
& gaudere finant, & faciant, nec illos desuper
a quoquam quomodolibet indebet molestati,
perturbari, vel inquietari permittant.

§. 3. Ac decernentes easdem præsentes litteras
semper firmas, validas, & efficaces existere, &
fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri,
& obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore
quandocumque spectabit, plenissime suf-
fragari. Sicque in præmissis per quoscumque Ju-
dices ordinarios, & delegatos etiam causarum
Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri
debere, ac irritum, & inane, si fecus super his
a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel igno-
ranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Or-
dinacionibus Apostolicis, necnon quatenus opus
sit Ordinis, ac Familia, & Provincia hujus-
modi etiam juramento, confirmatione Apostolica,
vel quavis firmitate alia roboratis statutis, &

consuetudinibus,

Concedit
prout in Ra-
blica.

Decretum
irritans.

Contra-
derogat.

Confirmatio
decreti Sac-
congr.

Decretum
irritans.

Contra-
derogat.